Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



170

In illo tem̄p. Ingressus ihc. pambulabat ierichō. Et ecce uir nomine Zacheus. et hic princeps publicanōr̄ et ipse diues. Et r̄

Omelia uenerabilis bede pr̄bi de eadē lectione. Lc 19.

Q uę impossibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud dn̄m. Ecce enī camelus de posita gibbi sarcina p foramen acus transit. hoc ē diues et publicanus relicto onere diuitiarū. contempto censu fraudū. angustam portā artamq; uiā quę ad uitā ducit ascendit. Qui mira deuotione fidei aduidendū saluatorē qd̄ natura minus habuerat ascensu supplet arboris. atq; ido iuste quāuis ipse rogare ñ audeat. benedictionē dn̄icę susceptionis quā desiderabat accepit. Mystice aūt zacheus qui int̄pretatur iustificatus credentē exgentibus pplm̄ significat. qui quanto curis sęcularibus occupatior. tanto flagitiis deprimentibus erat factus humilior. sed ablutus ē. sed sāctificatus. sed iustificatus. in nomine dn̄i nr̄i ihu xp̄i et in sp̄u dī nr̄i. Qui intrantē ierichō saluatorē uidere querebat sed p̄turba ñ poterat. quia gr̄ām fidei quā mundo saluator attulit participare cupiebat. sed inolita uiciorū consuetudo ne aduotū p̄ueniret obstiterat. Eadem namq; turba noxię consuetudinis quę supra cęcū clamantē ne lumen peteret increpabat. etiā suspicientē publicanū ne ihm̄ uidear tardat. Sed sicut cęcus turbarū uoces magis ac magis clamando deuicit. ita pusillus necesse turbę nocentis obstaculū altiora petendo transcendat. terrena relinquat. arborē crucis ascendat. Sicomorus namq; ē arbor folius moro similis. sz altitudine